debet reſtringi quam ſuperficies uerborum, ut d. l. ſcire. cum ſi. ad coniecturandum autem rationem legis, ubi non eſt exp̄ſſa, debemus coniecturare ꝑ ꝑ quid feciſſet, ſeu qua rõne fuiſſet motus uir ſapiens, cum talis p̄ſumatur legislator, lex eñ dēt eſſe rationabilis. 4. di. erit aūt. & Doctori & Iudici data eſt ptās legē interprętandi. l. unica. C. de profeſ. qui in ciuita. Conſtan. li. xii. no. Inno. in c. cū ſpeciali. de ap. ſed certe in caſu noſtro non poteſt præſumi ꝙ cā lucri fuit affectus coniugii, ſeu reliquię ſponſaliorū de prçſenti, quia eadem rõne porrexiſſet cõſimile lucrum ad mulierē, quia uir & uxor non debent in iſtis ad imparia iudicari. c. gaudemus. de diuor. & melius quo ad propoſitum in ca. fi. de do. poſt diuor. reſti. & l. ulti. §. pe. C. de dona. ante nup. nec poſſumus cõiecturare ꝙ rõ fuerit, ꝙ uir eſt caput mulieris, hęc enim rõ nõ ſufficit, ut patet in d. c. fi. & quod no. gl. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. nullā ergo alia bonā & efficacē rõnem poſſumus coniecturare in hac diuerſitate, inter uirum & uxorem, niſi quia uir in traducendo ad domum, & in ſuſtinēdo onera matrimonii, facit multas expenſas, nam fere expendit totā dotē in ornamentis, & conuiuio. ita ꝙ ſi uellet illa ornamenta uendere, nõ reperiret dimidium eius ꝙ expendit. Itē expenſas factas in conuiuio inuſitabili, ſicut a muliere nullo mõ recuperat maritus: merito ne uir remaneat in ſumptibus uoluit ſtatutum ſibi prouidere in lucro medietatis dotium, ſicut in ſimili ſibi prouidit lex in reſtitutione dotis, in l. alia. ff. ſol. mat. in uxore aūt ceſſant iſtę rationes, merito ſtatutum ſibi lucrum non attulit, cū ergo hæc & non alia ſit ſtatuti rationabilis, & ſufficiens rõ, non dēt habere locum in caſu noſtro, ubi ceſſat ratio legis, & licet forte fecerat aliquos ſumptus, nõ tamē fecit illos exceſſiuos qui ſolē fieri in ſolenni traductione, nõ eñ de modicis eſt curādū. l. Seio. ff. de in integ. reſt. c. i. extra eo. ti. Nam & ſponſa aliquos ſumptus facit inter conſanguineos, & ſaltē ad honorādum ſe prima uice, in quo tamen ſtatutū non uidetur habuiſſe conſiderationē. Ex his clariſſime infertur ad deciſionē huius caſus, ut dictus uir nil lucretur uirtute dicti ſtatuti. Reſtat nūc reſpondere ad primū & ultimū motiuum, quia ad alia ſatis patet reſponſio ex p̄dictis. Et prīo ad l. cū fuerit. dico eñ, ut ſup. dixi, ꝙ uerbū, nuptiarū, quandoq; uerificatur in cõiugio contracto ex ſolo conſenſu, ſed quandoq; nõ, ut ſup. plene ꝓbaui. Nā in d. l. cū fuerit. ideo ſufficit contrahere ꝑ ſolū cõſenſum, quia ſumus in teſtamētis, in ꝗbus fit larga interp̄tatio, ut ī c. cū dilecti. de don. merito capitur ille largus ſenſus, ſed in caſu noſtro ſumus ī materia ſtricta: merito dēt capi alius intellectus ſtrictior, nec hoc inuſitatū eſt, ut idē uerbum aliter ſumatur in materia larga, aliter ī materia ſtricta: imo exp̄ſſe ꝓbatur hoc poſſe & debere fieri in c. cum dilectus. de cõſue. & in c. ſtatutū iūctis ibi no. per Io. de ele. lib. 6. facit quod no. Bar. in l. 4. §. ait prętor. ff. de dā. infec. & hoc quotidie uſitamus. Idem in d. l. cum fuerit. fuit ſatisfactum menti ſtatuētium, ut ſup. dixi. Reſtat reſpondere ad l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. ad quā reſpõdeo dupliciter. Primo, ꝙ ibi nullo modo colligitur, ꝙ matrimoniū non eſſet conſummatum, nec ualeat illud qđ poſt cõſūmationē põt cū conſenſu alterius, ut c. cū ſis. & c. uxoratus. & c. ad apoſtolicā. de conuer. cõiu. & tali caſu p̄t intelligi illa lex. Scđo reſpondeo & ſubtilius ibi, pactum lucri erat cõe & uiro & mulieri, ut ibi in tex. & glo. adeo ꝙ ſi fuerit aliqua diſparitas, reducitur ex diſpõne iuris ad paritatē, ut ibi ſecundū intellectum gl. quo caſu non põt dici, ꝙ lucrū ibi deferatur ꝑ ꝑ expenſas, nel onera matrimonii, q̄a non uendicaret ſibi locum in muliere per prędicta, ſi neceſſario operi intelligitur ꝑ ꝑ illā paritatē, qđ ꝑ ꝑ affectionem matrimonialē cedit illud lucrum: quę affectio accidit ex ſola eſſentia matrimonii. de conuer. coniu. ex publico. de uoto. c. i. eo. ti. li. 6. ideo uendicabat ſibi locū ante ēt traductionē & conſūmationē matrimonii: maxime cū uterq; poſſit ibi eſſe ī lucro & dāno, & ſic eadē iuris diſpõ. ita eſt in caſu noſtro, quia ſi ceſſat rõ ſtatuti, ceſſare dēt ſtatuti diſpõ in iuribus uulgatis, uide bo. gl. in ſimili in replicatione doli, quę quandoq; conceditur, quādoq; negatur eadē rõne remanēte ſemper. ut no. in c. dilectę. de exce. ad l. nõ ſine. C. de bo. quę lib. dico ꝙ non obſtat, quia loquitur in diſpõne fauorabili: ſecus in odioſa, ut ibi cõiter no. & maxime Bal. qui uidetur contrariari his quæ ſenſit in d. l. Deo nobis. Et profecto omni affectione ceſſante hanc partem puto ueriſſimā: nec mouere debet iudicem in contrarium aliquorum forte ſingulorum opinio, quia aut in terminis eorum non concurrunt omnia prædicta, aut tanquàm euidenter probata, per prædicta non eſt ſequenda, quandoque eſt euidenter falſa, uel probabilibus rationibus poteſt cõuinci, ut bonus iudex acutiſſimi ingenii ęſtimabit ſecundum eum. de ferriis capellanus. alleg. ad hoc no. in l. i. §. ſed neque ex multitudine. C. de uete. iur. enucl.

Caſus conſilij ſequentis.

Dum eſſet materia q̃onis inter quendā dñ Ioannem ex una parte, & quendam Gulielmū ex alia parte de Caſtellionis occaſione mutui. Tandem inſtante poteſtate dicti loci compromiſerunt in quēdam Gaſparem tanq̄ arbitratorē, & amicabilem compoſitorem, q̄ illico in palatio poteſtatis, ubi factum fuit compromiſſum auditis petitionibus dicti domini Ioannis actoris, & reſpõſione dicti Gulielmi & quibuſdam eorum iuribus, promulgauit arbitramentum & laudum, condemnans dictum Gulielmum ad ſoluendum dicto domino Ioanni florenos 15. in aliis uero abſoluit eum ab impetitione dicti do. Ioānis. qui dominus Ioānes ſtatim anteq̄ exiret de palatio approbauit dictum laudū, poſt determinatum offñ dicti domini ptātis dominus Ioānes proclamauit, petēdo illud arbitriū reduci ad ęquitatem boni uiri, dicens ſe enormiter lęſum, cum deberet habere a dicto Gulielmo longe maiorē quantitatem, dicebat ēt non ſibi obſtare illam approbationē, & homologationem arbitramenti, quia ipſam fecerat per impreſſionem domini ptātis, qui iniunxit ei ut nullo mõ exiret palatiū, niſi approbaret dictum arbitramētū, quia ptās erat terribilis cõtra ſibi reſiſtentes, dictus uero Gulielmus ſic prouocatus reſpondit, ꝙ totum laudum erat iniquū & iniuſtū, cū in nullo teneretur dicto domino Io. unde petebat totum laudū annullari & cancellari &c. Venerunt tandē ad probationē, pro parte domini Ioānis fuerunt producti duo teſtes ſuꝑ mutuo, & duo poſt terminū, q̄ tamē iurauerunt intra terminū datū ad ꝓbandū. primi duo depoſuerūt ſuꝑ cõfeſſione facta de dicto mutuo a dicto Gulielmo, fuerunt tamen ſingulares in depoſitionibus ſuis, quas deponebant ſuper diuerſis cõfeſſionibus, alii nero duo teſtes ſatis uidebantur probare præceptum ptātis, dicto domino Ioanni factū modo prædicto. Pro parte uero Gulielmi fuerunt producti aliqui teſtes, qui etiam fuerunt ſingulares in dictis ſuis deponentes ſuper confeſſione dicti Ioannis, qui multas & certas quantitates pecuniarum receperat pro reſtitutione a dicto Gulielmo &c. querebatur quæ eſſent partes iudicis in hoc caſu.

CONSILIVM II.

1 *Petitio reductionis ad arbitrium boni uiri, eſt quaſi quædam appellatio.*

4 *Reductionem ex iniquitate petens: ipſam iniquitatem probare habet.*

3 *Iudex ad quem ſi inſpectis actis antiquis, uel nouis non uidet ſententiam iuſtificari, debet illam retractare.*

COnſului qđ iudex deberet retractare & annullare totū laudū, & arbitramētum, declara & dictū Gulielmū in nullo teneri dicto domino Ioanni, ac imponere ſibi ſilentiū, & abſoluere dictum Gulielmum ab impetitione illius, & condēnare illum, in expenſis factis in hac cā. Et q̄q̄ hoc nudum conſilium debuiſſet ſufficere, cum peteretur a iudice, & ſic eſſet deciſiuum, & non a partibus, ſicut obſeruatur in ſententia ferenda. iuxta cõſilium Doc. in c. ſicut. de re iu. per Io. An. in addi. ad Spe. in tit. de ſenten. §. qualiter. uer. cęterum. ne tamen fortaſſe ex conſilii nuditate, aliquorum animus in ſcandalum aggrauaretur, aliqua breuiter animum meum ad hoc iudicium mouentia inſerui. Et pro fundamēto euidentiali præmitto plura. 1 † Primo ꝙ petitio reductionis ad arbitrium boni uiri eſt quaſi quædam appellatio. l. i. C. de arbitris. cum ibi nota. tamen tollit præſumptionem laudi, ut in ſimili nota. in appellatione ab excommunicatione, quæ licet non ſuſpendat excommunicationem, ut ca. paſtoralis. de appellat. ſuſpendit tamen præſumptionem iuſtitię & proceſſus, & deuoluit cām ad ſuperiorē, ut